

R 102.288 (3)

CARMINA

M. 17. 466 3
4 Md VIII

Gratulatoria in honorē optimæ
spei ac indolis Iuuenis, Ioannis Iacobi Braun Ar-
gentoratensis, cū ei prima laurea decerneretur à
Spectabili Domino Decano M. Theophilo Golio,
& ordinario Ethices Professore in clytæ
Academiæ Argentinensis 6. die
Iuni, Anno calculi
1583.



ARGENTORATI
Excudebat Nicolaus Wyriot, Anno
M. D. LXXXIII.

Mg
Braun, Johann Jakob

CARMINA

Gratulatio in honore optimae

ipae ac nobis laudis, Joannis Jacobi Bann Ar

gentoratis et in animalium abdicentur a

speciabilis Dominus Decanus Theophilus Colio

& ordinario Ethices Professor inclite

Academiae Argentoratis die

Idibus Junii Anno salutis

1783



ARGENTORATI

Excudebat Nicolaus Wyrner Anno

M. D. LXXXIII.

ERgo venis grato celebrādus carmine, BRAVNI?
Thespiadū dignus laudibus ergo venis?
Cur ita? mens linguis, docta mens arte polita est:
Labe carent mores: ingenioq; vales.
Nanq; ligata velis, seu condere verba soluta,
Fausto succedunt omine, scripta stylo.
Cognita testatur multis industria, cura:
Claslica quāmcq; simul publica turba probat:
Proxima testatur progressio: quanta rogamus
Multorum ingenti verba stupore dabas?
Ast maior iam surgit honos: iam voce DECANI
Bacciger en Lauro tempora cinctus abis.
O laus summa, pios hac spe recreare parentes,
Rectori & pariter gaudia ferre suo.
NICOLAE ô felix genitor, qui sidere læto
Collustras nato præmia tanta dari:
Viue parens felix: Nati pia cœpta Superni
Fortument: BRAVNI viue valeq; diu.

Tus filius vna.

M. Paulus Crusius Molendinus Hennenbergiacus.

ARISTOTELES TRIA PRAECIPIT

LONGE DEBERE ABESSE A BONO

auditore, malvolentiam, diffidentiam

& peruersitatem ingenij.

HAEC tria perpēdenda tibi sunt Braunea proles,
Vatidicæ ut faueant studijs pro more Sorores:

A ij

Quæ rogo sint alta semper tibi mente reposita
Calliditas animi, non v anis stulta retractes,
Præfectisq; scholæ faueas, tibi si quoq; tu vis
Vt faueant, & sic semper tua fata vigeant.
Spem dubiæ menti nō des quæ præhendere fas est:
Marte suo ingenium paritur labor omnia vincit.
Murmure nec tacito quædam sub corde volutes,
Talia nam turpant mores animumq; resoluunt.
Accipias igitur lane hæc monimenta magistri:
Quæ si præstabis tum clarum nomen habebis.

Iohannes Turocenus Pannonius.

ALIVD.

Vincit amor studiū laudumq; arrecta Cupido
Et vicit, vincet dum v ehit astra polus:
Ille v etat turpi sectarier otia luxu:
Hæc mouet assiduo calcara subdit equo!
Te quoq; sollicitat sophiæ dum maxima Bruno
Gloria, tum docti nomina ferre iuuat.
Sedulus Aoniū perlustras culmina montis
Pymplæiq; sacris perluis ora vadis,
Hæc puer vt primas fecit non impiger aras
Imbiberes linguas acciperesq; duas.
Vnde tibi cumulus primis iam surgit in annis
Laudis, & ingenio crescit honore decus:
Dum, velut in bellis, parto qui læta triumpho
Dona capit, studiū præmia magna refers,
Actua doctiloquus vernanti fronde professor
Tempora, conatus sic meruere, notat.

Ipsè

Ipse pater Phœbus viridanti ferta colore
Quæ capiti imponat vertit odora tuo.
Ergo perge tuo sic gaudia ferre parenti
Bruno, ne incepti linque laboris iter,
Perge age sic studijs iuuenum doctissime famæ
Quærere per titulos nomina ducta suos:
Tum quondam patria viues vir magnus in vrbe
Arcebitq; tuus publica damna labor.
Hos tibi præsentēs musæ gratantur honores
Quotquot habent Cyrræ sacra Fluenta vale.

Petrus Friderus Mindensis.

ALIVD.

O potens rerum deus omnium: te
Oro, quo musis teneris adesse
Nunc velis nostris: simul orsa nostra
Vtq; gubernes.
Quo satis possim memorare dona
Ac satis possim celebres referre,
Quas habet laudes cupida IACOBUS
Mente repostas.
Quid tui primum ingenij sagacis
Prædicem vires: animiq; dona?
Quid tuæ linguæ referam disertæ
Nunc modulamen.
Cum tuis semper fuerit magistris,
BRAVNO, perconstans labor atq; cura
Nota: cum duri fuerit fidesq;
Nota laboris.

Ecce præsentem tibi nunc honorem
Musa confert: namq; tuos capillos
Illa iam cingit viridi corona,

Pergito felix.

Pergito felix: alij sequentur
Holce: præsentès precor vt secundet
Ipse qui mirè regit atq; mire

Cuncta gubernat.

ἐρέδσιχου.
Carpis o BraVno qVoqVe nVnChonores
QVos sagaX InDVstrla seDVLI qVos
BraVno seCerVnt VIgLLes Labores,

Pergito seLIX.

Iohannes Fridericus Gernandus Vuetteranus.

ALIVD.

Per mare mercator currit, per saxa, per ignes,
Per varias terras acceleratq; gradum.

Aspera transcendit, loca deuia multa peragrat:

Sæpè per ignotas itq; reditq; vias.

Et modo Threicio Borea modo nauigat Euro:

Sæpe tument Zephyro lintea sæpè noto.

Horrisonos imbres cælesti nube solutos

Haud metuit, madidas nec timet ipse niues.

Horrida quin etiam caræ discrimina vitæ

Et quamuis sortem sæpè subire solet.

Ast age dic ipsum quænam pellitq; mouetq;

Causa grauis, constans vt mala tanta ferat:

Auri

Auri tetra fames: auri furibunda Cupido,
Et leuium nummum non satiant a sitis.
Ah stolide, in felix, nimium mercator, & amens,
Qui res ob fluxas tanta pericla feras.
O studium penitus vanumq; & inutile prorsus:
O nitium demens & sine fruge labor.
Est melior multo multoque beator ille,
Et merito quouis dignus honore labor.
Quem, quò transcendat Musarum culmina sacra,
Suscipit Aonidum condecoranda cohors.
Talis enim non est adeò reputandus inanis:
Præmia nam semper non peritura parit.
Præmia (crede) parit non aspernanda, sed auro
Fulgenti, & cunctis anteferenda bonis.
Qui quis enim sacras Musarum transit ad arces,
Hunc ipsæ Musæ condecorare solent.
Namque graues titulos tribuunt nomenque decusque,
Quod solet ad summos vsque manere rogos.
Tuque IACOBE mihi merito modo dicere felix,
Qui modo Musarum culmina prima subis.
Culmina prima subis, nam tædia multa subisti,
Dum studiis inhians tempora cuncta teris.
Non res quaesisti veluti mercator inanes:
Ast bona quæ nullo sunt peritura die.
Ergo Deum lætis olim gestata triumphis
Ipsa tuum cingunt laurea ferta caput.

Lauri

Lauri ceu nullo marcescunt tempore frondes;
Sic erit hic nullo tempore fluxus honos.
Sint tibi felices igitur qui dantur honores,
Sintq; secunda tibi laurea ferta precor.
His valeas nostrosq; boni rogo consule versus,
Quos celeri calamo scribere iussit amor.

Johannes Rulandus Aquisgranensis.

FINIS.

